

Caput tertium.

De Syntaxi.

A. De Syntaxi Nominum.

§. 77. De Articulo.

1. Hebraei articulum saepe omittunt, ubi linguis nostris eo uti necesse est. Nunquam apponitur articulus ad nomen cum suffixo aut cum Genitivo (i. e. in statu constructo) coniunctum, v. g. בְּנֵי הָאָבִירִין, *ol υἱοὶ τοῦ πένητος*.

2. Articulus ante Genitivum positus pertinet ad nomen regens, aut potius ad totam sententiam, quae composita exprimitur, e. g. בֵּית הַמֶּלֶךְ הִיא אֵרֶץ הַמֶּלֶךְ, *arx regis*, בֵּית הַמֶּלֶךְ רֵגִיָּה (quae-dam) domus.

3. Ubi substantivum cum articulo scriptum est, ibi etiam adiectivum et pronomen demonstrativum, quod substantivo adiunctum est, articulum adsciscit, e. g. הַעֲצָה הָרָעָה, *consilium pravam*, הַגִּדּוֹל הַזֶּה, *magnus iste populus*.

4. Pariter omnia epitheta articulum assumunt, ubi substantivum ideo tantum sine articulo scriptum est, quia aut suffixum aut Genitivum secum habet (conf. N. 1.) בֵּית הַמֶּלֶךְ הַגִּדּוֹל, *magna arx regis*.

5. Nomina propria articulo carent, exceptis iis, quae proprie appellativa sunt, quaeque articulo solo ut nomina propria innotescunt, e. g. הַלְבָּנוֹן, *mons Libanon (albus)*, הָרָמָה, *urbs Rama (locus editus)*.

6. Articulus interdum vim demonstrativam habet praecipue: הָאִשׁ, *is, qui*, הַפֶּעַם, *hac vice*, הַיּוֹם, *(hoc die) hodie*.

7. Vocativus plerumque articulo fit, e. g. הַמֶּלֶךְ, *o rex!* הַכֹּהֵן הַגִּדּוֹל, *o summe sacerdos!*

8. Articulus Hebraicus ibi quoque ponitur, ubi non personae aut rei, sed generis singularitas designanda est, e. g. יִלְבְּנוּ בַּשָּׁלֵג, *alba fiant ut nix*, כְּבִיר בַּמֶּקְנָה בְּכֶסֶף וּבָזָהָב, *dives pecore, argento et auro*.

1. Y el niño Samuel servidor del Señor ante el rostro de Heli y palabra del Señor fue rara en los días aquellos no había revelación propagada.

2. Y sucedió en el día el aquél y Heli acostándose en

sitio de él y ojos de él empezaron a debilitarse no podía ver.

3. Y lámpara de Dios todavía no extinguida y Samuel acostándose en el templo de Señor que en donde arca del Señor. Dios.

4. Y dió voces el Señor a Samuel y dijo he aquí yo.

5. Y corrió a Heli y dijo he aquí yo porque diste voces a mí y dijo no ~~ix~~ di voces vuélve acuéstate y se fue y se acostó.

6. Y añadió el Señor dar voces otra vez Samuel y se levantó y se fué a Heli y dijo he aquí yo porque diste voces a mí y dijo no di voces hijo mía vuélvete acuéstate.

7. Y Samuel ~~no~~ conoció ~~te~~ al Señor y todavía no era revelada a él palabra del Señor.

8. Y añadió el Señor llamar Samuel tercera vez y se levantó y fue a Heli y dijo he aquí yo porque me diste voces y entendió Heli que el Señor ~~ix~~ dando voces al niño.

9. Y dijo Heli a Samuel vete acuéstate y sucedió si llamará a tí y dirás habla Señor porque escubhante siervo de tí y se fué Samuel y se acostó en sitio de él.

10. Y vino el Señor y se paró y dió voces ahora como antes Samuel Samuel y dijo Samuel habla porque oyente siervo.

11. Y dijo el Señor a Samuel he aquí yo haciendo palabra en Israel que todo oyente de ella retñirá dos de oídos de él.

12. En el día el aquél le ventaré para Heli todo lo que hablé para casa de él comenzó y acabó.

13. Y haré indicar a él porque juez yo de casa de él hasta siempre en la iniquidad que conoció que maldicientes a ellos en los hijos de él y no reprendió en ellos.

14. Y por tanto juré a casa de Heli Si se expiará la iniquidad de la casa de Heli en víctima y en don para siempre.

15. Y se acostó Samuel hasta la aurora y abrió puertas de casa del Señor y Samuel temió de indicar la visión a Heli.

16. Y dió voces ~~en~~ Helí a Samuel y dijo Samuel hijo mío y dijo he aquí yo.

17. Y dijo qué la palabra que habló ~~me~~ ~~me~~ a tí no por favor ocultarás desde mí así hará a tía Dios y así añadirá si ocultarás de ~~mi~~ palabra de toda palabra que dijo a tí.

18. E indicó a él todas las palabras y no ocultó de él y dijo el Señor él lo bueno en los ojos de él har

19. Y creció Samuel y el Señor estaba con él y no cayó de todas las palabras de él a tierra.

20. Y conoció todo Israel desde Dan y Beersabé que fiel Samuel para profeta para el Señor.

21. Y siguió el Señor en ser visto en Silo porque se manifestó el Señor a Samuel en Silo. en palabra del Señor.

9. Ubi linguae recentiores articulo indefinito utuntur, Hebraei articulum simpliciter omittunt. Interdum autem loco indefiniti nostri articuli nomen numerale **אֶחָד** (*unus*) adhibent, v. g. **וַהֲיִינָה נְבִיאָא אֶחָד בְּגֶשׁ אֶל-אַחָאב**, et ecce, *propheta accessit ad Ach'ab*.

§. 78. De Genere.

In lingua Hebraica femininum simul pro neutro Romanorum notionibus abstractis et generalibus inservit, e. g. **אֵין בּוֹ נְכוּחָה** *in eo nil recti est* (fem. adiectivi **נְכוּחָה**). Ps. XXVI, 4. **אֶחָת שָׁאַלְתִּי** *unam (unum) petii*.

§. 79. De Numero.

1. Singularis saepe ponitur ad significandam singulorum universitatem, velut **בָּקָר** *boves (armenta)*, **צֹאן** *pecora*, **עֵץ** *ligna*, **נֶמֶס** *argens, argentum*, **פֶּעֻנִיָּה** *pecunia*, **חֶטֶה** *triticum*. Quae collectiva, ubi in Plurali reperiuntur, aliam habent significationem, e. g. **חֲטָיִים** *grana tritici*, **כֶּסֶּפִּים** *numi argentei*. Singularis nominum gentilium cum articulo coniunctus saepissime vim pluralem habet, v. g. **הַיְבוּסִי** *Jebusitae*.

2. Pluralis ab Hebraeis interdum venerationis causa adhibetur, ubi de una tantum persona sermo est. Hoc dicendi genus Pluralis maiestaticus a grammaticis appellatur. Huc pertinent vocabula:

אֱלֹהִים *Deus*, Pluralis vocis **אֱלֹהִי**. Sic regulariter verus Deus nominatur, raro dii gentium.

אֱדֹנָי (obsoleta Pluralis forma) et **אֲדֹנִים** *dominus* (st. constr. **אֲדֹנִי**), Singularis **אֲדֹנִי**. Deus semper significatur forma **אֲדֹנִי**, si vero tantum ad hominem potentem sermo dirigitur, forma est **אֲדֹנִי** *domini mei* (pro **אֲדֹנִי** *mi domine*).

Annot. Iudaei quum proprium Dei nomen, ut Mosi erat revelatum, pronunciare non solerent, sed in Bibliis pro eo *Adonai* legerent, punctatores etiam consonantibus יהוה vocales vocis **אֲדֹנִי** subscripserunt. ש'vâ autem simplex scriptum est, quia Jod non est litera gutturalis. Sin vero cum **אֲדֹנִי** iam יהוה coniunctum est, Iudaei *Adonar*

Elohim pronunciant, atque vocales vocis אֱלֹהִים sub יְהוָה sunt positae, e. g. כֹּה אָמַר אֱלֹהֵי יְהוָה (lege: *cô 'amár 'donáj 'lohim*). Propria nominis Dei punctatio, nunc quidem ex usu amissa, esse videtur יְהוָה *Jahwe* (Fut. a הָיָה, quae forma apud Aramaeos usitata, apud Hebraeos rara est pro הָיָה *esse*), *qui erit aut est i. e. aeternus*.

שֶׁדִּי *omnipotens*, vetustus Pluralis vocis שֶׁדִּי.

קְדוֹשִׁים *sanctissimus*, Pluralis vocis קְדוֹשׁ.

בָּעַל *dominus*, si suffixa recipit, plerumque in Plurali ponitur cum vi Singularis, e. g. בְּעָלָיו, *illius (m.) dominus*, בְּעָלֶיהָ *illius (f.) dominus*. Tamen Pluralis huius vocis haud raro vim suam habet, v. g. בְּעָלֵי גוֹיִם *domini gentium*.

3. Pluralis cum Singularis significatione interdum etiam ponitur ad notionem cum emphasi urgendam, e. g. נְקֻמָּוֹת *(plena) ultio*.

4. Praeterea multa sunt nomina, quae in Plurali tantum adhibentur. Eorum quidem aliquot propterea pluralia tantum occurrunt, quia vis abstracta Hebraeis Plurali exprimitur, v. g. חַיִּים *vita*, זְקֵנִים *senectus*, רַחֲמִים *miser cordia* cet. Aliorum nominum pluralium alia ratio est, v. gr. צְוֹאֲרִים *cervix* (quia plures muscoli sunt), פְּנִים *facies* Plur. vocis פָּנָה *gena*, מְּוֹדֹת *momenta*, כֹּחְלִים *cochlea*, מְּוֹתִים *viri*, כְּנָפִים *libum*.

5. Ubi vox ex substantivo et Genitivo composita in Plurali est ponenda, plerumque status constructus solus fit pluralis, v. g. גִּבּוֹרֵי חַיִּל *heroes roboris, robusti heroes*; interdum ambae voces simul in Plurali ponuntur, v. g. גִּבּוֹרֵי חַיִּלִּים, raro autem solus genitivus, v. g. בֵּית אָבוֹת *familiae*.

§. 80. De Casibus.

a. De Nominativo.

Ab Hebraeis nomen interdum in exordio enunciationis ponitur, quin etiam Vav copulativo cum ceteris coniungitur, quo magis animi intentionem moveat vividamque orationem efficiat. Tale nomen dicitur in Nominativo absoluto

pósitum esse. Quae sit eius ad enunciationem relatio, pronominibus indicatur, e. g. לֵישׁ גָּבוֹר הוּא בְּבֵהֵמָה *leo potens est inter animalia*, דֹּמִינִי תְרוֹנוֹ בְּשָׁמַיִם כְּסָאוֹ *domini thronus in coelo est*; hic illic וְ Nominativum absolutum cum reliquis coniungit; v. g. לֹא חָקַר לָהֶם שָׁנָיו *annis eius numerus non est*.

b. De Genitivo.

Si fas est usum status constructi Genitivum vocare, Hebraei Genitivo saepe utuntur, ubi nostrates eum non adhibent; quod quidem evenit

1. ubi nobis appositio est, e. g. נְהַר פָּרַת *Euphrates flumen*, קְרִיַת חֻצּוֹת *Chuzzoth urbs*, בַּת־יְהוֹדָה *virgo, filia Iuda*;

2. ubi Genitivus alterius notionis obiectum indicat et varie vertitur, e. g. יְרֵאָה יְהוָה *timor Dei*, דֶּרֶךְ מִצְרַיִם *via in Aegyptum*, אֵימַת מֶלֶךְ *metus regis* (Gen. obj.). Sic בְּנֵי יְהוֹדָה *iniuria Iudaeorum* aut iniuriam a Iudaeis illatam aut in Iudaeos perpetratam poterit significare.

3. ubi adiectivi notio apposito nomine definitur, v. g. נְקִי כַפַּיִם *purus manibus*, יָפֵה מְרֵאָה *pulcher aspectu*;

4. ubi pro adiectivo apponendo nomen qualitatis ponitur, v. g. מִישׁוֹר שֶׁבֶט *sceptrum iustum (iustitiae)*, כְּלֵי כֶסֶף וְכֵלֵי זָהָב *vasa argentea et aurea*, סֶפֶל אֲדִירִים *phiala magnifica*, כְּלֵי נְחֹשֶׁת *aenea vasa*, תֵּבַת עֲצִים *lignea arca*;

5. praeterea status constructus usurpatur ante praepositiones, imprimis ante בְּ, utpote quae antea nomina fuere, e. g. בְּאֶרֶץ צִלְמֹנָה יֹשְׁבֵי *incolae in terra umbrae mortis*, בְּקֶצֶר שְׂמֵחָה *gaudium in messe*.

6. interdum ante אֲשֶׁר, e. g. מְקוֹם אֲשֶׁר יֹשְׁבֵי *locus, quo mactatur*.

7. raro ante Vav copulativum, e. g. חֵכְמָה וְדַעַת *sapientia et doctrina*.

8. in compositione nominum numeralium, qua de re supra §. 71 necessaria dicta sunt.

c. De aliis formis, quae Genitivi rationem habent.

Praeter usum status constructi Hebraei etiam duobus aliis modis Genitivum exprimunt:

1. אֲשֶׁר (relativum cum Dativo), e. g. הָרָעִים אֲשֶׁר לְשָׁאֹל *pastores Sauli (qui Saulo sunt)*; sic plerumque Genitivus possessivus significatur;

2. בֶּן לְיִשִּׁי solum, אֲשֶׁר intelligentes, v. g. בֶּן לְיִשִּׁי *filius Isai*. Quod praecipue adhibetur, ubi Genitivus a Genitivo pendet, v. g. דְּבַרֵּי יָמִים לְמַלְכֵי יִשְׂרָאֵל *verba annorum (historiae) regum Israel*. Etiam si tempora numeris indicantur, haec Genitivi forma plerumque reperitur, e. g. בַּשָּׁבָעָה וְעֶשְׂרִים יוֹם לַחֹדֶשׁ *die 27. mensis*. Saepe eadem ratione accipitur Lamed quod dicitur auctoris, v. g. מִזְמוֹר לְדָוִיד *psalmus Davidis*; at enim ibi passiva constructio est, et לְ instar praepositionis latinae ab adhibetur intellecto כָּתוּב *(psalmus scriptus a David)*.

d. De Dativo.

1. Hebraei utuntur Dativo cum Verbo passivo ad significandum subiectum Activi, e. g. בֵּרַךְ לַיהוָה *benedictione affectus a Domino*; Par. Sal. XIV, 20 גַּם לְרַעְיוֹהוּ יִשְׁנֹא רֶשׁ *etiam socio suo pauper odiosus est*.

2. Quae Verba in lingua Latina duplicem sive Accusativum, sive Nominativum expostulant, eorum notioni ab Hebraeis pro Accusativo sive Nominativo praedicati, ut aiunt, Dativus (omisso articulo) apponitur, v. g. Job. XVII, 12 וְשִׁימוּ לַיּוֹם לַיְלָה *noctem fecerunt diem*, 2. Sam. V, 3 וַיִּמְשְׁחוּ אֶת-דָּוִד לְמֶלֶךְ *David unxerunt regem*, 1. Sam. IV, 9 הָיִי לְאֲנָשִׁים *estote viri*.

e. De Accusativo.

1. Accusativus, praeterquam quod obiectum indicat, saepius adverbii locum obtinet et tempus, mensuram, locum, viam, rationem indicat, e. g. נָצַח הַשָּׂדֶה *abeamus in campum*, הַיּוֹם *hodie*; פָּה אֶחָד *uno ore, constanter*.

2. Nomina, quae ex Verbis transitivis sunt orta, pro

Genitivo libenter Accusativum recipiunt, quasi etiam nunc Participia aut Infinitivi sint, e. g. יִהְיֶה אֵת יְרֵא *timens Deum*, יִהְיֶה דָּעָה אֵת יְהוָה *cognitio Dei*.

3. Accusativus cum אֵת ponitur nonnunquam pro Nominativo in enunciatione passiva, e. g. וְלֹא יִקְרָא עוֹד אֶת שְׁמִי *nomen tuum non iam pronuntiandum est*.

§. 81. De Appositione.

Appositio, i. e. colligatio duorum nominum in statu absoluto, in lingua Hebraica non solum ibi invenitur, ubi aliae quoque linguae ea utuntur, sed etiam interdum, ubi Genitivum expectamus, e. g. כֶּסֶף בְּכַרְבִּים *duo talenta argenti*, מִיַּם הַמַּבּוּל *diluvium aquae*.

§. 82. De Repetitione nominum.

Nomen nulla alia voce intercedente bis vel ter positum significat:

1. multitudinem, e. g. בְּאֵרוֹת בְּאֵרוֹת *puteus iuxta puteum*;
2. universitatem, e. g. יוֹם יוֹם *quotidie*, אִישׁ אִישׁ *viritem*, דֹּר דֹּר *omnes generationes*;
3. distributionem, e. g. בְּבֹקֶר בְּבֹקֶר *una luce post aliam*;
4. varietatem, e. g. אֶבֶן נָאֵבֶן *ne diversa libramenta habeas*; לֵב לֵב *cor et cor*, i. e. *ambiguum ingenium*.

§. 83. Syntaxis Adiectivorum.

A. De Comparativo.

Comparativus in sermone Hebraico non peculiari forma, sed ita exprimitur, ut post adiectivum in positivo positum particula מֵן ut praefixum (מֵ) ante nomen, quocum comparatio intercedit, ponatur, e. g. חָכָם מִמֶּלֶךְ *sapientior quam rex* (*sapiens prae rege*), מְדַבֵּשׁ מִתּוֹק *suavius quam mel*. Quae quidem constructio insuper nimietatem designat, ideoque etiam post Verba, quae qualitatem indicant, adhibetur, e. g. יִקְשֶׁה מִכֶּם הַדָּבָר *res, quae vobis erit nimis difficilis*;

praesertim ante Infinitivos מִן comparativum ponitur, e. g. גדול ערני מןשוא *culpa mea maior est, quam ut tolli possit.*

B. De Superlativo.

Quum propria forma non adsit, superlativum quoque Hebraeis circuitu verborum exprimi necesse fuit. Eius igitur partes explet vel articulus ante adiectivum positus, e. g. דָּוִד הוּא הַקָּטָן *David erat minimus*, vel adiuncta particula מְאֹד *valde*, nonnunquam etiam geminata, e. g. Num. XIV, 7 מְאֹד מְאֹד הָאָרֶץ טוֹבָה *terra est optima.*

C. De adiectivorum cum substantivis Coniunctione.

1. Adiectivum postponitur substantivo, cuius epitheton est, et genere numero articulo cum ipso concordat.

2. Pluralis, qui dicitur maiestaticus, adiectivum plerumque in Singulari positum adsciscit, v. g. קָשָׁה אֲדֹנָיִם *dominus crudelis.*

3. Collectivis adiectiva et participia in Plurali posita accedunt, e. g. הָעָם הַהוֹלְכִים בַּחֹשֶׁךְ *populus ambulans in tenebris.*

4. Dualis construitur cum adiectivis et participiis pluralibus, רַמְּסוֹת רַחֵם, *manus lassae.*

5. Adiectivum, quando praedicatum est, sine articulo praeponitur substantivo, et copula plerumque omittitur, e. g. גָּדוֹל הָאֱלֹהִים *magnus est Deus*, זֶה אֱלֹהֵינוּ *hic est Deus tuus*; at dicitur etiam גְּדוֹלָה הָיְתָה נִינְוָה, *magna erat Ninive.*

§. 84. Syntaxis Nominum numeralium.

1. Numeri cardinales a duobus usque ad decem modo substantive, modo adverbialiter adhibentur. Unde fit, ut cum re numerata triplici modo coniungantur: 1. in statu constructo ante substantivum positi; 2. in statu absoluto illi antecedentes; 3. in statu absoluto substantivo postpositi, id quod in libris recentioribus magis usitatum est, v. g. שְׁלֹשָׁת יָמִים sive יָמִים שְׁלֹשָׁה sive שְׁלֹשָׁה יָמִים *tres dies.*

2. Monades ordinarie substantivum plurale efficiunt, v. g. שִׁבְעַת פָּרוֹת *septem vaccae*, שְׁלוֹשׁ בָּנוֹת *tres filiae*; decades, si

praeponuntur, plerumque singulare, si postponuntur, plurale nomen adsciscunt, v. g. תשעים אמה *nonaginta cubita*, אילים עשרים, *viginti arietes*. Eadem ratio intercedit in numeris ex monadibus et decadibus compositis, v. g. חמש עשרה *quindecim cubiti*, אחת ושלש מאות שנה *anni sexcenti et unus*. Nonnunquam res ipsa compositis his numeris bis additur, et quidem monadi pluraliter et decadi singulariter, e. g. שנה וששים שנים חמש שנים *anni sexaginta quinque*.

2. Ordinalia omnino syntaxim adiectivorum sequuntur (§. 83.), v. g. השני היום, *dies secunda*, שני הנניאל, *Daniel erat secundus*.

§. 85. Syntaxis Pronominum.

A. De Pronomine personali.

1. Pronomen separatum saepe Verbum substantivum complectitur vel simpliciter exprimit, v. g. הָכֵם זֶה הוּא *ipse quoque sapiens est*, מְרַגְּלִים אַתֶּם, *exploratores estis*. Pronomen separatum tertiae personae etiam copulam inter Subiectum et inter Praedicatum efficit, v. gr. זֶה מַתַּת אֱלֹהִים הִיא, *hoc est donum Dei*, מַה הֵמָּה אֵלֶּה, *quid sunt isti*, זֶם-זֶה הוּא, *haec quoque est animi molestia*. Quid quod idem valet, ubi Subiectum prima persona est aut secunda, v. g. יְהוָה אַתָּה-הוּא *tu es Dominus*, רְאוּ עֵתָּה כִּי אֲנִי הוּא, *videte iam, me esse memetipsum*.

2. Post suffixum interdum pronomen eiusdem personae separatum reperitur, sive זֶם additur sive non additur, v. gr. הוֹדַעְתִּיהָ אַתָּה, *notum te feci*, בֵּרַכְנִי זֶם אֲנִי, *benedic mihi quoque*, נַפְשׁוֹ הוּא, *anima ipsius*, זֶם אֲנִי, *etiam meum cor*, וַתְּהִי עָלָיו זֶם-הוּא רוּחַ אֱלֹהִים, *ipsum quoque spiritus Dei invasit*.

3. Suffixum Verbi Accusativum designare consuevit, Verbis autem intransitivis quaeque dandi vim significant, tamquam Dativus est, v. g. גָּדַלְנִי כָאֵב, *crevit mihi tamquam patri*, אֶרֶץ הַנֶּגֶב נָתַתִּי, *terram australem donasti mihi*.

4. Ubi Verbo duplicem pronominis Accusativum accedere oportet, alter est suffixum, alter pronomen separatum cum **את** coniunctum, e. g. **הִרְאֵנִי אֹתוֹ** *fecit me eum videre (ostendit eum mihi)*.

5. Suffixum nominis Genitivus obiectivus qui dicitur esse potest, e. g. **יִרְאַתּוֹ** vel est *metus eius*, vel etiam *metus ab eo*, **הַמָּסִי**, *iniuria in me*.

6. Quando vox ex nomine et Genitivo composita suffixum adsciscit, suffixum ad Genitivum apponitur, e. g. **מִלְחַמָּתוֹ כְּלִי אָרָם**, *arma eius*, **הַר קָדְשִׁי**, *mons sanctus meus*.

B. De Demonstrativo.

1. Pronomen **זה** aliquando vim relativam habet (praecipue in libris poëticis), e. g. **הַר צִיּוֹן זֶה שְׁכֵנֶתְךָ בּוֹ**, *mons Sion, in quo habitas*, **זֶה יִלְדָּתָהּ, שָׁמַע לְאִמָּהּ**, *obedi matri tuae quae te genuit*.

2. Demonstrativum, quando simul cum adiectivo ad substantivum accedit, secundo loco ponitur, v. g. **הַהָר הַגָּדוֹל הַזֶּה** *hic magnus mons*.

3. demonstrative usurpatum notionem *ipsius* significat, v. g. **אֲדֹנָי הוּא** *dominus ipse*. Cum articulo coniunctum **הוא** et **היא** dicuntur pro *eodem, illo*, v. g. **בְּעֵת הַהִיא** *eodem tempore*; **הַיּוֹם הַזֶּה** *dies hodiernus*, **הַיּוֹם הַהוּא** *dies ille (eodem tempore)*; **הַגְּדֹלִים הָאֵלֶּה** *magnae illae gentes*.

C. De Interrogativo.

1. Pronomen interrogativum **מָה** interdum nulla interrogatione *aliquid* significat, v. g. Prov. IX, 13 **בַּל-יִרְעֶה-מָה** *non curat quidquam*; vel etiam *quidquid*, 2 Sam. XVIII, 22 **וַיְהִי מָה אֲרוּצָה** *quidquid est, accurram*; saepius tamen *mauma* usurpatur.

2. Praeterea **מָה** cum praepositionibus casuum varie iungitur: **לְמָה** vel **לָמָּה**, *amplificatum* **זָה לְמָה-יָהּ** *cur? quousque?* **בְּמָה** *quot, quoties?* **בְּמָה** *quam re, quam ob rem?* **עַד-מָה** *quousque?* **עַל-מָה** *propter quid, cur?*

3. Etiam adverbialiter מֶה adhibetur, e. g. Ps. VIII, 2 מֶה-אֲדִיר שְׁמָה *quam admirabile est nomen tuum*; Num. XXIV, 5 מֶה-שְׁבוֹ אוֹהֲלֶיהָ *quam pulchrâ sunt tabernacula tua*.

4. Particula **אֵי** pronomini demonstrativo praemissa efficit Adiectivum interrogativum (*qualis?*) v. g. Esth. VII, 5 **הָאֵי זֶה וְאֵי-זֶה הוּא** *quis est hic, et qualis est?* **הָאֵי מֵדָה עִיר אֲתָה** *qua via abiit?* **אֵי מֵדָה עִיר אֲתָה** *ex qua urbe es tu?*

D. De Relativo.

1. **אֵתֶּר** quum modo pronomen, modo simplex nota relationis, modo coniunctio sit, ad eius significationem dignoscendam haec iuvabunt:

2. Nominativum et Accusativum pronominis relativi
אֲשֶׁר simpliciter efficit, e. g. כָּל-אֲשֶׁר-לֹא omnia, quae ipsi erant
מֵלֶכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה opus suum quod fecit.

Annot. Hic premendus est locus Gen. XLV, 4 אֲנִי יוֹסֵף אֶחְיָכֶם, אשר מִכְרַתֶּם אֹתִי, ubi ad אשר tamquam Accusativum accedit pronomen suffixum primae personae: *ego sum Joseph frater vester, quem vendidistis (me.)*

3. Saepissime אֲשֶׁר pronomen relativum simul cum demonstrativo praecedenti designat, velut Romanorum *qui pro eo qui* in usu est, e. gr. אֲשֶׁר לֹא שָׁמְעוּ הָיְתוּבֹנְנֵי *qui non audierunt, intellexerunt*. Hoc semper evenit, quando אֲשֶׁר cum praepositione copulatur, v. g. לְאֲשֶׁר *ei, qui* sive *iis, qui, ab eo, qui, את-אֲשֶׁר eum, qui* sive *id, quod*; Gen. XLIII, 16 וַיֹּאמֶר לְאֲשֶׁר עַל בֵּיתוֹ *dixit illi, qui (erat) super domum suam*; 1 Reg. X, 13 מִלְּבַד אֲשֶׁר נָתַן לָהּ *praeter ea, quae dederat ei*. Sic etiam Ruth I, 16 אֶל-אֲשֶׁר תֵּלְכִי אֵלָּהּ *quocumque itura es, ibo*.

4. Communiter אֲשֶׁר non est nisi nota relationis, quae intercedit inter enunciationem secundariam et inter primariam. Unde fit, ut adverbium et pronomina, quaecumque cum אֲשֶׁר coniuncta sunt, relativa evadant, v. g. שָׁם *ibi*, שָׁם . . . אֲשֶׁר *ubi*, שָׁמָּה *eo*, שָׁמָּה . . . אֲשֶׁר *quo*, מִשָּׁם *inde*,

מִשָּׁם אֲשֶׁר *unde*, אוֹתוֹ *eum*, אֲשֶׁר *quem*. Casus igitur obliqui qui dicuntur pronominis relativi Hebraeis designantur coniuncto אֲשֶׁר cum pronominibus suffixis notisque casuum, ita tamen, ut vocum ordo non immutetur, videlicet:

Gen. אֲשֶׁר-תַּחַת-כַּנְפָּיו *cuius auris*, אָזְנוֹ *sub cuius alis*.

Dat. כָּל אֲשֶׁר-לוֹ סָנְפִיר *omne, cui squamae sunt*, הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר לָהֶם הָרִיב *viri, quibus altercatio est*.

Acc. הַמָּץ אֲשֶׁר תִּדְפְּנוּ רוּחַ *pulvis, quem ventus dissipat*.

Abl. הָאָרֶץ אֲשֶׁר גָּרוּ בָּהּ *terra, in qua habitabant*, רָעָה אֲשֶׁר לֹא יוּכְלוּ לַעֲצֹאת מִמֶּנָּה *malum, quo non poterant se liberare*.

Annot. Vetusto more ac poetico זֶה pariter usurpatur idque indeclinabiliter, v. g. מִן-הַר-זֶה קָנְתָה יְמִינִי *mons, quem acquisivit dextera eius*, זֶה הָרַיִן הַזֶּה *mons Sion, in quo habitas*.

5. Quocunque ex supra indicatis modis אֲשֶׁר adhibendum est, subinde etiam omittitur et intelligitur, (velut Angli dicunt *the table you are writing on*) e. g. בָּאָרֶץ לֹא לָהֶם *in terra, quae non ipsis est*, בְּדֶרֶךְ לֹא יָדְעִי *in via, quam non noverant*, אֶל-יְרֵדָה יִרְדֵּךְ הַיָּרֵךְ קִשְׁתִּי *contra eum, qui tendit, tendat tendens arcum suum*, גָּזַל שְׂאוֹל חָטָא *devoravit infernus eos, qui peccaverunt*, לֹא יִחַשֵׁב יְהוָה לוֹ עֲוֹן *homo, cui Deus non imputavit peccatum*. Unde etiam יְרַעְתִּי לֹא שִׁפְתִּי *lingua eius, quem non novi*, מִן-הַיָּד מִשְׁלַח *mitte quaeso ope illius, quem missurus es*.

6. אֲשֶׁר ubi coniunctio est, in varias abit significationes, de quibus lexica consulenda sunt. Hic unum monendum est, אֲשֶׁר ubi enunciationis obiectivae initium facit, nonnunquam cum nota Accusativi coniungi, v. g. זָכַר-נָא אֶת אֲשֶׁר *quicumque peccat contra me*, הִתְהַלַּכְתִּי לְפָנֶיךָ בְּאֵמֶת *memento, quaeso, me coram te ambulasse cum sinceritate*.

7. Pronomen relativum indefinitum est מִי אֲשֶׁר *quicumque*, e. g. אֲשֶׁר חָטָא לִי אֶמְחֶנּוּ מִסֵּפֶרִי *quicumque peccat contra me, eum delebo e libro meo*.

E. De Pronomine reflexivo, numerali, reciproco.

1. Pronomen reflexivum ab Hebraeis exprimitur vel coniugationum Niphal et Hithpaël usu vel pronomine suffixo tertiae personae vel facto circuitu per nomina quaedam, quae animam, cor, carnem cet. designant, e. g. הָיוּ רֵעִים אוֹתָם *se ipsos paverunt*, לֹא יָדַע נַפְשִׁי *non novi me ipsum*, אֶל-תִּשְׂאוּ נַפְשֵׁיכֶם *ne fraudetis vosmetipsos*.

2. Pronomen reciproeum circuitu nominum *fratris et proximi* indicatur, etiam si de rebus inanimis sermo est, v. g. וַיֵּאמְרוּ רְאוּ אִישׁ אֶת-אָחִיו *non viderunt alter alterum*, בְּנִפְי הַחַיִּוֹת מְשִׁיקוֹת אִשָּׁה *dixerunt inter se*, אֶל-רֵעֵהוּ *alae animalium collisae sunt inter se*. Disiunctive זֶה-זֶה *est alter-alter*, v. g. זֶה-זֶה וְקָרָא *et clamavit alter ad alterum*.

3. *Quisque* Hebraeis dicitur sive אִישׁ et אִשָּׁה sive אִישׁ אִישׁ sive וְאִישׁ וְאִשָּׁה, e. g. אִישׁ מִמֶּנּוּ *quisque de nobis*, בְּרָצוֹן אִישׁ וְאִשָּׁה *ad beneplacitum uniuscuiusque*.

4. *Aliquis* et *quisquam* item אִישׁ et אָדָם atque כֹּל *est*, *quidquam* autem דָּבָר, כֹּל, כָּל-דָּבָר, מְאֻמָּה, v. g. בִּי רִחְקָה *si qua aerumna sive qua aegrotatio erit in terra*, הֲיִשָּׁלָה מִיְהוָה דָּבָר *num quid Domino difficilius est?* Appositâ ad ista vocabula negatione *nemo* et *nihil* exprimitur, v. g. אֵין אוֹכֵל לַעֲשׂוֹת דָּבָר *nihil possum facere*, אֵין אִישׁ עִמָּנִי *nemo nobiscum est*, לֹא נִמְלַט מֵהֶם אִישׁ *nemo ex iis evasit*, לֹא-רִשְׁוֹב *nihil viride remansit*, אֶחָדִים וְאֶחָדִים *vel אֶחָדִים*, e. g. יָשְׁבָתָּ *mansisti cum eo aliquos dies*, יָשְׁבָתָּ אֶחָדִים *quidam dicebant*.

B. De Syntaxi Verborum.

§. 86. De usu Temporum.

1. Perfecto communiter eadem vis est, atque Latinorum Perfecto historico; tempus enim narrationis est. Rarius

adhibetur ad modum Imperfecti vel etiam Plusquamperfecti Latini, e. g. Job. I, 1 אִישׁ הָיָה בְּאֶרֶץ עֹזַן *vir fuit in terra Huz*, Gen. II, 5 לֹא הָמְטִיר יי' *nondum pluerat Dominus*.

2. Deinde Perfecto est vis Imperfecti et Plusquamperfecti Coniunctivi in enunciatione conditionali, v. g. לֹא מָתָנִי *si mortui essemus*, Is. I, 9 לֹא יִהְיֶה הוֹתִיר לָנוּ שְׂרִיד כְּסֹלֶם הָיִינוּ *nisi Dominus reliquisset nobis residuum, sicut Sodom essemus*.

3. Perfectum etiam loco Praesentis est, ubi stabilem habitum significat, praesertim in communibus et universalibus sententiis, quales in libris moralibus, in proverbiiis, in psalmis inveniuntur, e. g. אָמַר עֶצֶל גֹּר בַּחֲוִץ *dicit piger: leo in platea est, יהוה גָּדֵלֶתָּ מַגְנִוֶּס, Domine*.

4. Futurum ordinarie, quidquid imperfectum est, indicat. Primum ergo tempus futurum significat; dein etiam pro Praesenti ponitur, maxime quando perpetuum, generale, morale aliquid enuntiatur, v. g. לֹא יִהְיֶה עוֹד מַבּוּל *non erit denuo diluvium*, לֹא יִיכָלוּן הַמִּצְרִיִּים לֶאֱכֹל אֶת-הָעֵבְרִים לָהֶם *non licet Aegyptiis coenare cum Hebraeis*, יִרְאֵת יְהוָה תּוֹסִיף יָמִים *pietas auget dies*.

5. In vivaci oratione Futurum etiam pro Perfecto adhibetur, praecipue ubi de actione vel consuetudine, quae in posterum continuatur, disseritur: כָּכָה יַעֲשֶׂה אֵיזֵב כָּל-הַיָּמִים *sic agebat Iob perpetuo*. Quandoque ex appositis particulis *tunc* et בְּטֶרֶם *priusquam* patet, Futurum pro Perfecto esse accipiendum, e. g. לִיהוֹשֻׁעַ יָדַבֵּר יְהוֹשֻׁעַ *tunc locutus est Josue ad Dominum*, מִשִּׁיב דָּבָר *tunc ascendit Chasaël*, אֲזַי יַעֲלֶה חֲזַאֵל *qui respondet antequam audiverit, ei est stultitia*.

§. 87. De Coniunctivo.

Futurum apud Hebraeos locum Coniunctivi obtinet et saepe etiam Imperativi vim habet; quid quod ad Coniunctivi rationem significandam frequentius adhibetur, quam ad ipsum futurum tempus indicandum. Itaque Futurum vim Coniunctivi habet post coniunctiones finales, v. g. לְמַעַן תִּבְרָכָה נַפְשִׁי

ut ego tibi benedicam, בְּרִית פֶּן-תִּכְרֹת ne pangas foedus; deinde in exprimendis votis, praeceptis, rogationibus, cohortationibus, et in designanda potentia, permissione, voluntate, v. g. יוֹם יֵאָבֵד רֹם p̄reat dies, quo natus sum, לֹא תִגְנֹב loquatur, quaeso, servus tuus, לֹא תִגְנֹב, non furaberis, הַיּוֹם יָמוּת אָדֹנָיָהּ hodie moriatur Adonias, מִיִּפְרִי מִיֵּי אִמִּי quis dixerit: purificavi cor meum? מִפְּרִי הָעֵץ de fructu arborum in horto (positarum) edere nobis licet, בִּיהֲוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי, in Domino exultet anima mea.

§. 88. De usu Temporum conversorum.

1. Futurum conversum (cfr. §. 27.) significare potest, quaecunque supra dictum est Perfectum indicare. Observandum tamen est, illud non aliter, nisi in ipso contextu sermonis continuati inveniri, itaque in narratione primum Verbum in Perfecto poni, sequentia in Futuro converso: Vav enim semper vim quandam copulativam conservat. Nihilominus saepe oratio incipit a forma וַיְהִי et factum est vel וַיֹּאמֶר et dixit; quippe sententiarum quidam nexus cum superiore narratione exstat. Exempla sunt: Gen. XXI, 1 וַיְהִי כִּי אָתָּה שָׂרָה כִּי אָמַר וַיַּעַשׂ יְהוָה לְשָׂרָה כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר et visitavit Dominus Saram, sicut dixerat, et fecit Dominus Sarae, sicut promiserat, 2. Reg. VIII, 1 וַאֲלִישֶׁע דִּבֶּר אֶל-הָאִשָּׁה וְתַקַּם הָאִשָּׁה וַתַּעַשׂ כְּדִבְרֵי אִישׁ הָאֱלֹהִים Elisaeus locutus est ad feminam, et femina surrexit et fecit secundum verbum viri Dei, Jud. II, 1 וַיַּעַל מִלֶּאֲדָה-יְהוֹנָה מִן-הַגִּלְגָּל profectus est angelus Domini a Gilgal versus Bochim.

2. Perfectum conversum omnia, quae Futurum, significat, ac praesertim Coniunctivi et Imperativi vim habet. Itidem nisi in continuato sermone non occurrit; adhibetur autem ita, ut Futuri vel Imperativi antecedentis vim adaequet, v. g. וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא et fiet illo die, פֶּן-יָבוֹא וְהִכֵּי ne veniat et feriat me, אֶהְיֶה עִמָּךְ וְהִכִּיתִי אֶת-מִדְיָן ego ero tecum, et tu vinces Midian, וְאַסְפֶּתָּ קַח לָךְ sume tibi et collige.

§. 89. De usu Futuri paragogici s. Cohortativi.

Futuri per הָ amplificati (paragogici, cf. §. 29) prima tantum persona Singularis et Pluralis adhibetur et cohortationem sui ipsius indicat, e. gr. נִהְלֵלָה *exultemus*. Similis est usus huius formae in rogatione permissionis, e. gr. הֲאֶעְבְּרָה בְּאַרְצָהּ *pertranseam terram tuam*. Ubi coniunctione וְ cum antecedenti optati expressione coniunctum est, propositi significatio est, e. gr. וְאֵכְלָה לִי וְאָבִיָּא *apporta mihi, ut comedam*; וְשִׁית מִמֶּנִּי וְאֵבְלִינָה מֵעַתָּה *dimittat me, ut refrigerer paululum*.

§. 90. De usu Futuri apocopati.

Futurum apocopatum imprimis adhibetur a. ad praecipiendum ac vetandum, e. g. וְיָהִי אֹר *fiat lux*, וְיֹצֵא אֶל-יִרְאָה הָאָרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה *producat terra animam viventem*, וְלֹא-תִוָּרֵד שִׁיבְתּוֹ בְּשָׁלֹם שָׂאֵל *ne deducas canitiem eius in pace ad inferos*; praesertim praecedente Imperativo, e. gr. וְהִתְוִירוּ אֶל-יְהוָה וְיִסֹּר הַצְּפַרְדִּיעִים *orate Dominum, ut auferat ranas*, וְיָמַת סִקְלָהּ *lapidate eum, ut moriatur*. b. in conditione ponenda, v. g. וְתִגְזֹר אָמַר *utinam fiat secundum verbum tuum!* c. communiter cum Vav conversivo, v. g. וְיָמַת *et mortuus est*, וְיָגַל *et manifestavit*.

§. 91. De usu Imperativi.

1. Imperativus a prophetis praesertim ita adhibetur, ut certissimam praedictionem exprimat, e. g. בְּשָׁנָה יִתְפַּלֵּל בְּצָדָה *tertio anno seretis et metetis*, וְיִקְצֹר וְיַחֲבִיב *orabit pro te et vives*, וְיִקְלֹב *hinnies voce tua*.

2. Quando duae Imperativi formae una coniunctae sunt, conditio cum apodosi est, e. gr. וְיָרִיב וְיָחִיב *si reliqueritis stultitiam, vivetis*, וְיָחִיב וְיָחִיב *ubi seminaveritis in iustitia, metetis in misericordia*.

§. 92. De usu Infinitivi absoluti et constructi.

1. Quando Infinitivus tamquam complementum alterius Verbi adhibetur, vel absolutus est vel constructus atque vel simpliciter ponitur vel cum ל componitur, v. g. לְמַדּוּ הַיֵּטֵב *discite bene agere*, אָבוּ הָלוֹךְ לֹא *noluerunt ire*, הָחֵל הָת *incipio dare*, לֹא יָדַעְתִּי דָבָר *nescio loqui*, דּוֹעַ לְמַדְנֵי לְהַחֲפִל *doce nos orare*, וַיַּחְדְּלוּ לְבָנוֹת *desierunt aedificare*.

2. Infinitivus absolutus tamquam nomen in casu absoluto positum adverbialiter usurpatur, v. g. וְאַתָּה אֲתוֹ טָחוֹן הַיֵּטֵב *confregi eum bene terendo*, רַבְּכֶנָּה רַבְּכֶנָּה *multum ei serviet*.

3. Hebraeis peculiaris est Infinitivi absoluti cum forma directa eiusdem Verbi coniunctio. Quod si Infinitivus subsequitur, ad premendam vocabuli sententiam valet, e. gr. הַמֶּלֶךְ הַמְּלוֹךְ תִּמְלֹךְ עָלֵינוּ, לֹא הַשְׁמִיר אֲשֶׁמִּיר *non omnino delebo, num vere regnabis super nos?* Sin autem Infinitivus praecedit, continuantem actionem indicat, e. gr. אֲמֹרִים אָמֹר *perpetuo dicentes*, וַיַּכֶּה הָאִישׁ הַזֶּה וּפָצַע *et percussit eum homo frequenter*.

4. Infinitivus absolutus, tamquam Infinitivus historicus Romanorum, ab Hebraeis usurpatur pro Verbo finito, sive Verbum finitum praecessit sive non praecessit, e. gr. אֵילָן וְעִזּוֹב בְּשָׂדֶה הַלְדָּה וְעִזּוֹב *cerva in campo peperit et reliquit (pullum)*, חַיִּוִּת יִצּוּא וְשׁוֹב *animalia ibant et redibant*. Imprimis pro Imperativo adhibetur Infinitivus absolutus, e. gr. זְכוֹר אֶת־יְיָ *memento dici sabbati*.

5. Infinitivus constructus tanquam nomen verbale quasvis in enunciatione partes agere potest atque casus, suffixa, praepositiones admittit. Sic dicitur אֵין הָבִין *non est intellectus*, טוֹב לָנוּ שׁוֹב *bonum nobis est reverti* (Nom.), עַתָּה סְפֹד וְעַתָּה *tempus plangendi et tempus saltandi* (Gen.), לֹא יָכְלוּ דָבָר *non poterant loqui* (Acc.), לְבִרְיָה נִהַבְתָּ לְבִרְיָה *abscondidisti te ut fugeres*, וְאַתָּה מְדַבֵּר *cave, ne loquaris*, וְכִשְׁחֹק יִכְאֹב־לֵב *etiam in ridendo dolet cor*.

6. Dativus Infinitivi constructi saepissime ex Verbo substantivo pendet atque vel possibilitatem vel necessitatem

exprimit, e. gr. *אֵין הָיָה לֶאֱכֹל* *fuit ad consumendum*, *אֵין לֹרְאוֹת* *non fuit visibile*, *אֵין לְבוֹא* *non licet intrare*.

7. Infinitivus constructus complementum Verbi pariter atque forma finita adsciscit; quare si Verbum est transitivum, Accusativum assumit, e. gr. *לֹא אֲסִיף לְהַיִּיד רֶגֶל* *non movebo amplius pedem Israel*, *וְהָרִיז לְהַרְגִּי* *loqui cum eo*, *לֹא לְהִרְגִּי* *ad me necandum*, *אֲתִי לָרֶעַת* *ad me cognoscendum*, *לֹא טוֹב הַדְּרִיעַ אֶתְּךָ אֶת-כָּל-זֹאת* *non est bonum, te haec omnia docere*, *לֹא חָפֵץ שְׂאֵל בְּיַהֲוָה* *noluit interrogare Dominum*.

8. Subiectum Verbi ad Infinitivum constructum tamquam Genitivus apponitur, e. gr. *לֹא טוֹב הָיִיתָ הָאָדָם לְבָדּוֹ* *non est bonum, hominem esse solum*, *כַּעֲבֹר סוֹפֶה וְאֵין רָשָׁע* *sicut turbo praeterit, impius decedit*, *בַּצֵּאת יִשְׂרָאֵל מִמִּצְרַיִם* *quum Israel exiret ex Aegypto*.

Annot. Suffixum nominis ad Infin. constr. appositum Subiectum, suffixum autem Verbi Obiectum exprimit, e. gr. *וְהָרִיז לְהַרְגִּי* *ut ego necem*, *אֲתִי לְהִרְגִּי* *ad me necandum*.

9. Ubi Subiectum simul atque Obiectum ad Infinitivum constructum accedunt, Subiectum propius ad Infinitivum accedere consuevit, e. gr. *לִפְנֵי שֶׁחַת יַהֲוָה אֶת-סֹדֶם* *priusquam Dominus delevit Sodoma*, *כִּהְרִימִי קוֹלִי* *dum extollo vocem meam*, *בְּשַׁלַּח אֱלֹהֵי הַמֶּלֶךְ צִדְקִיָּהוּ אֶת-פַּשְׁחוּר* *quum rex Sedecias mitteret ad eum Paschurem*.

§. 93. De usu Participii.

1. Participium locum Verbi finiti omnium temporum obtinere potest, e. g. *אֶהוּד מָת* *Ehud mortuus erat*, *יָצָא נָהָר יָצָא* *circa mediam noctem ego exibo*. Saepissime ponitur pro Praesenti, atque in vivace oratione frequenter *הִנֵּה* (ecce) sibi antepositum habet, e. gr. *וְהָיָה דֹר הַלֵּךְ וְדֹר בָּא* *generatio vadit et generatio advenit*, *וְהָיָה דֹר הַלֵּךְ וְדֹר בָּא* *ego deleo Amoraenum e conspectu tuo*. Quando cum *הָיָה* coniungitur, pro Imperfecto latino est, e. gr. *מֹשֶׁה הָיָה* *Moses pascebat oves Iethronis*.

2. Complementum Verbi ad Participium vel eodem modo,

atque ad formas finitas, accedit, vel in Genitivo ponitur, e. gr. *יְהוָה אֶת-דְּבַר יְהוָה* *timens verbum Domini*, *לְבוּשׁ בָּדִים* *linteis vestitus*, *הַדּוֹמִינָנְטִים בְּעָם* *dominantes populo*, *עָלֵי* *insurgentes adversum me*, *יָשָׁב צִיּוֹן* *habitans Sion*; *שְׁכָבִי קֶבֶר* *iacentes in sepulcro*, *קָמִי* *insurgentes adversum me* (v. §. 95.).

Annot. Suffixa eodem discrimine, quo ad Infinitivum, ad Participium apponuntur. (§. 92, 8. Ann.) v. gr. *עֹשֶׂה עֲשֵׂה* *creans me*, *עֹשֶׂה* *creator meus*. Quod quidem discrimen ad sensum non multum valet.

§. 94. De Personarum formis.

1. Subiectum indefinitum (Ital. *si*, Francog. *on*) Hebraei exprimunt:

- a. constructione passiva, e. gr. *אָז הֵיחַל לְקַרֵּא* *tunc incipiebant vocare*;
- b. tertia persona Sing. Activi, e. gr. *אֲבָן יָצוּק נְחוֹשֶׁה* *lapidem conflando efficiunt aes*;
- c. tertia persona Plur. Activi, e. gr. *לָהֶם יִקְרָאוּ תַּיִת יֵאִיר* *ea appellant tuguria Iairi*;
- d. secunda persona Sing., e. gr. *לֹא-תִבּוֹא שָׁמָּה* *non se vi andrā*, *בֹּאָה עַד בֹּאָה* *jusqu'à ce qu'on vienne*.

2. Tertia persona masc. Perf. et Fut. saepe impersonaliter posita invenitur, e. g. *יָרִי* *et accidit*, *לֹא הָרָה לוֹ* *exarsit ei* h. e. *irā incensus est*, *לֹא יִנִּיחַ לָךְ* *requies non dabitur tibi*. Sic etiam legitur subinde accedente postea Subiecto, e. g. *יָהִי מְאֹרוֹת* *fiant lumina* (*qu'il y ait des luminaires*), *בָּוֹא הַשּׁוֹדֵדִים* *veniunt latrones* (*il vient des brigands*). Rarius tertia pers. fem. impersonaliter ponitur, e. gr. *תִּמְטֵר* *pluit*, *אֲנִי עֲשָׂקָה-לִּי* *angit me*.

3. Masculina personarum forma omnino praevallet et nonnunquam etiam pro feminino adhibetur, e. gr. *וַיֹּאמֶר* *et dixit ei*: *שְׁמַעִי פְרוֹת הַבֶּשֶׂן* *audite, vaccae Basanicae*.

§. 95. De rectione Verborum.

1. Praeter ea Verba, quae potestate sua nobis transitiva apparent, ab Hebraeis multa alia ut transitiva tractantur atque cum Accusativo coniunguntur:

- a. quae sedendi, habitandi, morandi,
- b. quae eundi, veniendi, se movendi,
- c. quae fluendi, germinandi, scatendi, stillandi,
- d. quae induendi et exuendi,
- e. quae abundandi et carendi (copiae et inopiae) notionem praebent.

2. Sunt alia, quae non tam potestate et sententia, quam usu loquendi nobis videntur vi transitiva carere, v.g. עָנָה פְּלוֹנִי *respondere alicui*. Denique alia et transitive et intransitive adhibentur, e. gr. פָּכַח denotat et *flere* et *deplorare*, שָׁיר et *canere* et *versibus celebrare*. De his lexica consulenda sunt. Exempla locutionum, quae nobis quidem mirae videntur, sunt: אָהֵל הָיָה יֵצְאוּ אֶת־הָעִיר *habitans in tabernaculo, ipsi egressi sunt ex urbe*, וְפָרְצֵי וְקַבֵּיּהּ תִּירוֹשׁ *vino horrea tua plena sunt*, (vide supra a. b. e.).

§. 96. De duplici Accusativo.

1. Coniugationes causativae Verborum transitivorum secundum ipsorum naturam duplicem Accusativum admittunt et personae et rei, e. gr. הַשְׁמִיעָה אֶת־קִלּוֹ *fecit, ut audires vocem suam*, הָאֵל הַמְּאִזְרֵנִי הִיל *Deus, qui praecinxit me virtute*.

2. Verba, quae iam in Kal vi causativa sunt (notato autem §. antecedenti), in Kal etiam duplicem Accusativum adsciscunt, e. gr. וְנִשְׁעִיהוּ שָׂרָק *donate nobis eos*, וְנִשְׁעִיהוּ שָׂרָק *conseruit eam vitibus electis*, וְנִשְׁעִיהוּ שָׂרָק *malum, quo affectimus eum*.

§. 97. De peculiaribus quibusdam Verborum constructionibus.

1. Quando unum ad alterum Verbum tamquam complementum sententiae accedit, interdum non Infinitivus, sed Futurum eiusdem personae adhibetur, e. g. לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנָּה *nescio adulari*, הַפֶּץ יִגְדִּיל *vult magnum facere*; id quod omisso וְאֲשֶׁר explicatur. Subinde וְ interiicitur, e. gr. וְאֲרָאָה *et videbo*.

et reversus sum ad videndum, h. e. et vidi iterum. Etiam Participium complementum facit, e. gr. אִישׁ יָרַע מִנֶּגֶן בְּכֶנֶר *vir citharâ canendi peritus.*

2. Exstant in sacra scriptura sententiae, in quibus inter Verbum et inter eius obiectum movendi notio supplenda est: הִלַּלְתָּ לְאָרֶץ נִזְרוֹ *polluisti in terram (iaciens) coronam eius,* תַּחֲרִישׁוּ אֵלַי אֲנִים *tacete ad me (conversae) insulae.* Hic construendi modus dicitur constructio praegnans.

§. 98. De Subiecti cum Praedicato coniunctione.

1. Copula saepissime omittitur, e. gr. אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת *haec est historia,* גָּדוֹל יְהוָה *magnus est Dominus,* תַּחֲרִית יְהוָה הַפֶּצֶז *ad legem Domini est desiderium eius.* Alias pronomine personali 3. pers. exprimitur, e. gr. הַבְּהֵמָה אֲשֶׁר לֹא טְהֵרָה הִיא *pecus, quod non mundum est* (v. s. §. 85, A. 1.); quod si Subiectum est pronomen, Praedicatum autem Participium, יֵשׁ et אֵין usurpantur, v. gr. אִם יִשָּׁה מוֹשִׁיעַ *si salvas aīnēni* מִבְּרָךְ *non benedicit.*

2. Praedicatum interdum numero et genere cum Subiecto minus consentit. Saepius enim collectiva cum Praedicato plurali coniunguntur, e. gr. וַיִּקְרָא בֵּית-יִשְׂרָאֵל *et clamavit domus Israel,* וְרִיעוּ כָל-הָעָם *omnis populus conclamet,* רַבִּים עַם-הָאָרֶץ *numerous est populus terrae.* Pariter Pluralis qui dicitur maiestaticus cum Singulari ad sensum construitur, e. gr. בְּעָלְיוֹ יִימָת *dominus eius interficiatur,* קָשָׁה אֲדֹנִים *durus est dominus.* Praeterea nomina pluralia animalium et rerum inanimatarum aliquando cum Singulari feminino componuntur, e. gr. שְׂאֵל-נָא בְּהֵמוֹת וְתֹרֶךְ *interroga iumenta, et docebunt te,* לֹא תִמְעַד אֲשָׁרָיו *non labentur gressus eius.*

3. Si Subiectum est cum Genitivo coniunctum, praedicatum nonnunquam genere et numero cum Genitivo convenit, siquidem iste gravior pars vocis compositae apparet, e. gr. עֵינֵי גְבוּהִית אָדָם שְׁפֵל *oculi sublimes hominis humiliati sunt,* קוֹל-נְגִידִים נִחְבָּא *vox ducum obmutuit.*

C. De Syntaxi Particularum.

§. 99. Syntaxis Adverbiorum.

1. Adverbia negativa לא et אל ita discernuntur, ut לא (non) edicentis, אל (ne) vetantis sit, e. gr. לא יֵבֵית non ibit, אל-יֵאָכַל ne eat; verum etiam severe interdicentis est dicere לא תִּגְנוֹב non furaberis.

2. Duplex negatio non affirmat, ut in Latino sermone, sed fortius negat, ut in Graeco, e. gr. אֵין כֶּסֶף לֹא נִהְיָא an argentum pro nihilo habebatur.

3. Vox לא adhibetur etiam ut responsio pro non. Affirmantis responsionis (oui) vox non exstat, sed sententia iteratur, e. gr. הֲיֵשׁ דְּבַר מֵאֵת יְהוָה וַיֹּאמֶר יֵשׁ an sermo est a domino (profectus)? et dixit: utique.

§. 100. Syntaxis Praepositionum.

Propria est linguae Hebraicae compositio praepositionum; praepositiones enim, qui motum indicant, praepositionibus locum designantibus anteponuntur, ut conditiones locales significantur, quae antea erant aut nunc existere incipiunt, e. g. מֵעַל supra ab aliqua re, desuper; מֵאַחֵר de post; מִתַּחַת de sub; מֵעַם ab aliquo (ab apud), item מֵאַחֵר; אֶל אַחֲרֵי (ad) post aliquid; מִחוּץ לְ ex parte exteriori, extra aliquid; אֶל מִחוּץ לְ foras aliquid etc.

§. 101. Syntaxis Coniunctionum.

Compositarum coniunctionum saepe una pars omittitur; sic e. gr. pro אֲשֶׁר יֵעַן וְיֵעַן אֲשֶׁר vel יֵעַן simpliciter ponitur vel אֲשֶׁר, e. g. יֵעַן וַיִּבְרָעוּ הָעָם אֶת-עַמִּי propterea quod deceperunt populum meum (cf. §. 85. D. 4.). In oratione emphatica interdum prorsus deest coniunctio et gravi accentu compensatur; id quod plerumque sententias conditionales et comparativas afficit, e. gr. אֲכָלִי עָמִי אֲכָלוּ לָחֶם (comedentes populum meum comedunt panem) populum meum quasi panem comedunt, הֲטִאֲתִי מָה אֶפְעַל לָךְ si pecco, quid facio tibi?